

verba Sallustii (*hist. II fr. 64 ed. Maurenbrecher*): 'Saguntini fide atque aerumnis inclity' (*Hieronym. in Abacuc 2, 9 [VI p. 1358 Migne]*), etiam ab aliis saepe adhibita (*monuit Buecheler*). — 6) Scilicet in curia vel ante curiam.

9409 d. m. | P. Iulius P. f. Quir. Martialis Publi| . . amus (*sic*)¹ sacerdos | Caelestis Sittiane | loci primi² | v. a. LXXXV | h. s. e.

Cirtae rep. (viderunt Cagnat et Gsell Rec. de Const. XL p. 430 n. 463). — 1) . . . amus litterae certae; ante eas littera una aut deest aut erasa est. — 2) Sacerdos loci secundi templi Sittianae (ubi Caelestis vocabulum excidisse vel subintelligendum esse apparet) est in t. Cirtensi VIII S. 19512^a; alius sacerdos loci primi Cirtensis ibid. 19447. Agnomen dea habuit a conditore coloniae Sittio. Sacerdotes 'loci primi' Africanos habes supra N. 4468 et alibi.

9410 Mathun Massiranis | filius, princeps familiae Medid.¹, | pius vixit annis LXX, h. s. e. | Cura egerunt filii eius.

Inter Cillium et Thelepte (cf. supra N. 9393) rep., non longe ut videtur ab Henchir Rechig (Merlin bull. de la soc. archéol. de Sousse 1908 fasc. 1 p. 10 n. 19). — 1) Nomen sine dubio haec familia, sive gens fuit, traxit ab oppido eiusdem regionis Mididi (cf. C. VIII p. 77. 1218. 2369; supra N. 637).

9411 Caius Epicadi f. princeps¹ | civitatis Doclatium², hic situs. | Hoc fieri iussit genitor sibi et | suis.

Set filii eius Piassus³, Epicadus, | Scerdis, Verzo — et summa adiecta | efficit istud opus.

Est pietas, natiq̄ue | hoc auxsisse videntur⁴, et decorant | facto et docent esse pios.

9412 Agirro⁵ Epicadi f. principi k.⁶ Salthua | et Temeiae Glavi f.; fecit Epicadus f. | (*sequitur carmen versuum sex*).

Grahovo in regno Montenegrino (Vulić Jahreshefte des oesterr. arch. Instituts 12, 1909 Beibl. p. 202. 201 ad ectypum). — 1) Alium principem civitatis Dalmatinae habes supra N. 7164. — 2) Cf. N. 7158 cet. — 3) Fortasse scr. Plassus. Huius nominis homo ex Doclea in t. Mogontiacensi XIII 7039 (Vulić). — 4) Et verba turbata, et metrum. — 5) Frater videtur fuisse Caii. — 6) Kastelli.

9413 Genio vicinia | castellanæ¹ Ol|biensiun (*sic*)² L. Rupilus (*sic*) | Iacchus d. d. c. s.³

Prope Hyères rep., basis statuae iuvenilis, ex qua pedes tantum supersunt (Gérin-Ricard revue des études anc. 1910 p. 74 imaginem). — 1) Intellege Genium vicorum et castellorum Olbiensium. Cagnat confert titulum Trevericum XIII 3652, Genio vicinia dedicatum. — 2) Olbiam orae Massiliensis memorant Strabo 4 p. 180. 184; Mela 2, 77; Ptol. 2, 10, 8; Steph. Byz. — 3) Cum suis (Cagnat).